

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Athanasii uita s. Antonii interprete Euagrio - Cod. Aug.
perg. 215**

Athanasius <Alexandrinus, Heiliger>

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]



[urn:nbn:de:bsz:31-1452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-1452)





Aug.
CCXV





PRÆFATIO EUAGRII EP̄I QUALITER

VITAM BEATI ANTONII DE GRECO IN ITALIAM

TRANSTULIT

CARTHAGINO HIERONIMO S. MARCI

Esset in aliam linguam ad uerbum expressa
 translatio sensus operit & uelut letogravi
 dita strangulat, dum enim casibus & figuris
 seruit oratio quod breui poterat indica
 re sermone. Longo ambitu circum acta uix
 explicat, hoc igitur egouitans ita beatū an
 tonium repetente transposui. ut nihil desit
 ex sensu. cum aliquid desit ex uerbis, alii si illa
 bas accipentur. & litteras. Tu quere sententiam.

X. HANNO IPSI AD PERI CRINOS FRATRES

Optimum fratres in istis certamen a te qua
 re aegypti monachos. aut superare nitentes
 uirtutes instas. Et enim apud uosiam
 plurima sunt monasteria monachorum quo
 que nomen est celebre. & hanc uoluntate
 uestram iuste quisque mirabitur. Orantibus
 que uobis. ^{optatum} dī tribuit effectum, Quoniam
 igitur exigitus a me ut uobis scriberem de conuer



ratione beati antoni uolentibus discere quomodo
admodum cepertit. Qui ues fuerit ante sc̄m pro
positum. Qualem etiam habuerit terminum
uitae. & si uera sint ea quae de ipso fama disper
sit. ut ad eius aemulationem atque exemplum uos
infatuere possitis. magna cum letitia susceperis. o
tre caritatis imperium. Et mihi enim ingens lu
crum est atque utilitas hoc ipsum quod recordor
antoni. & uos cum admiratione audientes. scio
eius propositum cupere sectari. Perfecta est
enim siquidem uirtutum uia antonium scire
quis fuerit ergo ut breuiter dicam & omnibus.
quae de eo referentur sermo iactauit. Credite.
& minima uos aestimate audisse de maximis.
Quia non ambigo nec eos omnia potuisse cognos
cere. Cum & ego exortatus a uobis. quanta cum
que perepistolam significauero. non aequalia
sim meritis narraturus. Sed & uos omnes
hinc nauigantes studioso percontamini. quo
singulis quae enorunt referentibus congrua

digna que tanti nominis relatio compleatur.
Disponere itaque post lectionem litterarum
uestrarum aliquos ad monachos
inditare. & maxime eos qui crebro ad eum ire
conueuerant. Ut plenius aliquid addiscens
munera uobis maiora transmitterem; sed
quoniam & nauigationis tempora labebantur
& litterarum portitores uehementissime fes-
tinabant; Ideoque quae & ipse noueram frequen-
ter enim eum uisauit. & quae ab eo didici qui
ad prebendam ei aquam non paululum tempo-
ris cum eo feceram dilectioni uestrae indica-
re properaui. utrobique curam ueritatis
habens. ut neque plus aliquis audiens mira-
culorum confectione non credat. Nec rur-
sum meritis eius inferiora cognoscens non
putet dignum esse miraculum pro tanti
nominis uiro.

EXPLICIT PROLOGUS ATHANASII EPISCOPI DE UITA
EXIMIIS ANTONII ABBATIS.

INCEP IPSA VITA S^CI ANTONII ABE

Igitur antonius nobilibus re legiosisque par-
tibus aegypti oriundus fuit. Tanta suorum
sua nutritus cura. Ut nihil aliud preter par-
tes domumque cognosceret. Et cum iam puer
esset non se litteris erudiri. Non in epus infantu
iungi passus est fabulis. sed omnide desiderio fla-
grans secundum quod scriptum est, innocenter
habitabat domum, ad ecclesiam quoque cum pa-
rentibus saepe conueniens. Nec infantu lasciuas.
nec puerorum neglegentias sectabatur. sed
tantum ea quae legebantur auscultans. utilita-
tem praeceptorum. uitae institutione seruabat.
Non suis ut solet illa aetas prouarus & delicatis
cibus umquam tedio fuit. Non aescae mollioris
blandimenta sectatus est, his solum quae daban-
tur contentus. Nihil amplius requisit.

Post mortem autem parentum annorum circi-
ter decem & octo. seu uiginti cum sorore admodu

4
varuula derelictus est. & domus & sororis honestam curam gerebat;

Nectum uero sex fluerant menses. quibus ad ecclesiam uisolebat accurrens. recordabatur quomodo & apostoli omnibus spreto secuti fuissent saluatorem. & multa in actibus apostolorum facultatibus suis uenditis. preterea ad pedes apostolorum detulissent. egenis partienda. Quae uero ac quantae spes huiusmodi reposita esset in caelis. Talia secum uolens intrauit in ecclesiam. & accidit ut tunc euangelium legeretur. in quo dominus dicit ad diuitem; si uis perfectus esse. uade & uende omnia quaecumque habes & da pauperibus. & ueni sequere me. & habebis thesaurum in caelis. Quo audito quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset. Et ueluti propter se haec esset scriptura recitata ad sed dominicum traxit imperium; statimque egressus possessionem quam habebat. Arure autem erant trecentae iugeres & ualde optime uicinis largitus est. ne in aliquo aut sibi aut sorori

t. u. u. u. u. u.

molentia gignere tur; Cetera uero quae in molibus
possidebat uniuersa uendidit. & congregato non ex
quo praetio indigentibus dedit; paruis obsequium
reseruatis. quae & sexu & aetate uidebatur infirmas.
Rursus autem ecclesiam ingressus. cum audisset dnm
in euangelio dicentem. nolite cogitare de crastino.
reliquam quoque portionem pauperibus distribuit.
neque seuer sari passus est domi. sed sorore fidei
bus ac notis uirginibus commendata ut ad earum
nutriretur exemplum. ipse iam omnibus saeculi
uinculis liber. asperum atque arduum arripuit
instatutum.

Necdum autem crebra erant in aegypto monas
teria. neque omnino quisquam auiam solitudinē
norat; Et quicumque in xp̄i seruitute sibi met
prodesse cupiebat. haut procul a sua uillula sepa
ratus instatuebatur.

Erat igitur in aegypto uicino senex quidam uitam
solitariam a prima sectatus aetate; hunc an
tonius aemulatus est ad bonum et primo quidem

incipiens etiam ipse in locis paululum a uilla remo-
uoribus manebat; Ex inde autem si quem uigi-
lantem in hoc studio conpererat procedens quae
rebat ut apes prudentissima^{ad} neq; habitaculum
quum ante remeabat nisi eius quem cupiebat fru-
eretur aspectibus. Et sic tamquam muneremel-
lis accepta ibat ad sua; tali idem institutus ex-
ordio cum per dies singulos ita animum robora-
ret ut nec opum paternarum nec suorum memi-
nisset ad finium. Omne etiam desiderium & sol-
licitudinem erga id quod ceperat exercebat;
Operabatur manibus suis sciens scriptum esse;
qui non operatur nec manducet; Et mercedem
sane operis sui pretio panis excepto egentibus
largiebatur; Orabat frequenter quippe qui
didicerat quod oporteret sine ces-
satione dñm rogare; Auditioni etiam scriptu-
rarum ita studium commodabat ut nihil ex
eius animo laberetur sed uniuersa dñi prae-
cepta custodiens memoriam pro libris haberet.

secuam uitam instans ab uniuersis fratribus pe-
ro diligebatur affectu; Et omnibus ad quos saepe
pergebat oboediens. proprias singulorum grauias
auriebat; huius continentia iocunditate illius
tabatur. Istius lenitate. illius uigilias. alterius
legendia emulabatur industria; Istum ieiunan-
tem. illum humi quiescentem. Mirabatur al-
terius patientia. alterius mansuetudinem pre-
dicabat; Omnium quoque uicariam erga
se retinens caritatem. atque uniuersis uirtutu
partibus inrigatus. ad sedem propriam regredi-
ebatur; Ibi secum uniuersa pertractans. omnium
in se bona nitebatur exprimere; Neque uero ad-
uersum coaeuos aliquando mouebatur. sed ea
tantum flamma egregio uiro crescebat in pec-
tore. Ne secundus cuiquam in predictis operibus
inueniretur; Et hoc ita faciebat ut omnes gloria
anteiret. omnibus tamen carus esset; Nam & ui-
cini & monachi ad quos saepe ueniebat. antonium
uidentes deicolam non cupabant; Indulgentis

naturae uocabulis. Quidam ut filium. alii ut
matrem diligebant. Dum haec gereret antoni
us. quibus somnium in se prouocaret affectum.
Inimicus nominis xpi diabolus. impatienter ferens
tantas in adulescente uirtutes. ueteraniseum
adgressus est fraudibus. Et primo quidem
temptans. si quomodo posset ab arrepto eum
in futuro detrahere. Inmittebat enim ei
memoriam possessionum. sororis defensionem.
generis nobilitatem. amorem rerum. fluxam
seculi gloriam. escae uariam delectationem.
& reliqua uitae remissioris blandimenta.
Postremo uirtutis arduum finem. & maximum
perueniendi laborem. Nec non corporis fragili
tatem. & aetatis spatia prolixa. Prorsus maxi
mam ei cogitationum caliginem suscitabat.
uolens eum a recto proposito reuocare. Postquam
autem orationibus eius ad dnm per passionis fide
se intellexit elidi. Consueta aduersum omnes
adulescentes arma corripuens. Nocturniseum

inquietabat inlecebris; per dies etiam tam aper-
tis in eum telis inruebat. ut nullus ambigeret
quin antonius contra diabolum dimicaret, & illam
& ille cogitationis sordidas conabatur inferere. & hic
eas oratu submouebat assiduo; ille titillabat sen-
sus naturali carnis ardore. hic fide ac ieiunio
corpus omne uallabat. ille per noctes in pulchris
mulieris uertebatur ornatum. nulla obmittens
figmenta lasciuie; hic ultrices gehennae flam-
mas. & dolorem uermis recordans cogitationi libi-
dinum obiciebat. ille lubricum adulescentiae
iter. & ad ruinam facile proponebat; hic aeter-
na iudicii futuri tormenta considerans. in laesa
animae puritatem per temptamenta seruabat.
Ista autem omnia ad confusionem diabolifiebant;
Qui enim similem se fieri deo posse existimabat.
Nunc ab adulescente. ut miserimus deludebat.
Et qui contra carnem & sanguinem magna cum
exultatione gloriabatur. ab homine carnem
gestante superabatur; Adiuuabat enim seruum

quum dñs. qui nostri gratia carnem suscipiens
victoriam corpori contra diabolum largitus est
in singulis ita certantibus apostolicum liceret
preferre sermonem. Non ego autem sed gratia
digni necum est. Ad postremum cum nec hoc argu-
mento destruere posset antonium draco teter-
rimus. & uideret se semper ab eius cogitationi-
bus repelli. secundum quod scriptum est; stridens
dentibus & exululans; Qualis est merito. talis pa-
rebat & uultu. Puer horridus atque niger. ad eius
se genua prouoluens humana uoce deflebat di-
cens. multos seduxi plurimos decepi. Nunc au-
tem ut aceteris scis ^{ter} ita & tuo sum labore supe-
ratus; Quē scum interrogaret antonius quis
nameffet ^{ter} ita quitalia loqueretur ait; Ego sum
fornicationis amicus. Ego multumodis turpitu-
dinis aduersus adulescentes arma suscepī. Ex in-
spiritus fornicationis uocor; Quantos pudice
uiuere disponentes fefelli. quot tenuiter inci-
pien^{tes} ad sordes pristinas redire persuasi.

Ego sum propter quem propheta lapsos incre-
pat dicens; spū fornicationis seducta estis.
Et reuera per me enim & illi fuerant supplan-
tati; Ego quidem ipsum saepe temptaui. Et
semper repulsus sum; Cum hoc xp̄i miles au-
disset. gratias agens dō. & largi ori aduersū
inimicū confortatus audacia ait; Multum
ergo despicabilis es. multumque contemptus.
Nam & obscuritas tua. & aetas infirmarum
signa sunt rerum. Nulla iam mihi cura de te ē.
Dñs mihi auxiliator est. & ego exultabo super
inimicos meos; Et statim aduocem canentis.
fantasma quod uidebatur euāniit; Haec
autem antoni contra diabolum fuit prima
uictoria; Immo uirtus in anto. hanc salua-
toris qui peccatum in carne condempnauit.
ut iustificatio legis in nobis compleretur; Qui
non secundum carnem ambulamus sed secun-
dum sp̄m; Sed neque antonio securitatem
dedit unus triumphus. Nec diabolum semel

fractae deficere vires. Nam & iste ucleo, ugi
ens quaerebat aditum per quem posset intrum
pere. Cuius scripturarum doctus eloquio. mul
tas esse daemonum captiones. solertis proposito
labore seruabat; Considerans qua possit sata
nas in carnis conluctatione superatus. Noua
rum aduersum se artuum machinas commo
uere; Idcirco magis ac magis subiugabat cor
pussuum. Ne uictor aliorum in alius uincere
tur. Disponens igitur durioris seuitae lege
constringere. cum omnes infatigabilem adu
lescentis mirarentur instantiam. sc̄ntole
ranter ferebat laborem. Quia uoluntariae ser
uitutis longum indi opere studium. consuetu
dine innaturam uerterat; In aediae autem
& uigiliarum. intantum patiens erat. ut fragi
litatem uiribus uinceret; Pernoctabat in ora
tione saepissime. Edebat semel in die post solis
occasum. Nonnumquam bidui triduique sic p
manens. quartademum die reficiebatur.

sumebat uero panem & sal. potumque aqua
paruum. de carnibus uero & uino reticent
ut puto. quam quicquam dicere. Quando
apud plurimos monachorum quidem istiusmodi
aliquid reperitur. Quia autem membra
concedens iunco contexto. & cilicio utebatur.
Aliquotiens etiam supernudam humum iace
bat. Unguenta penitus repudians. cum diceret
minime posse utentium. & praecipue iuuenium
corpora roborari. nisi si olei essent lenitate mol
lita. Oportere e contrario asperos carnis labore
imperari. secundum apostoli praeceptum dicen
tis. quando infirmor. tunc fortior sum. Adse
batque sensum animi. sic posse reuiescere. si cor
poris fuissent impetis fatigati. Unde nec tempo
rum longitudinem. Ne laborum quidem meriti
pensabat. sed amore & famulatu spontaneo.
semper tamquam in principis constitutus. ad
profectum diuini metus desiderium concita
bat. Nouis que cupiens augeri praeterita supra

memorati doctoris sermonum recordabatur quia
ut praeterita obliuiscens. & in futurum conuales
cens. Meminerat quoque helie prophetae dicen
tis, uiuit dñs. cui adsisto hodie ante ipsum. & disse
rebat cur hodie esset adpositum. quia tempus non
computabat helias preteritum. sed tamquam coti
die incertamine constitutus. Talem se praebere
cupiebat. qualem seiebat dignum di esse conspec
tibus. purum corde. & paratum oboedire uolun
tati eius. Igitur secum reputans. oportere di
famulum. ex insatuto magis helie exemplum
capere. & ad illum speculum uitam suam debe
re componere. ad sepulchra haut longe a uillu
la constituta secessit. unieognitis mandans ut
fratris diebus sibi alimenta deferret. Et cum in
una memoria supradictus frater eum clausis
set. solus ibidem morabatur. Metuens ergo di
abolus ne accessu temporis heremum quoque
habitare faceret. ita eum adgregatis satelliti
bus suis uaria cede lacerauit. ut doloris magni

tudo. & motum auferret. & uocem. Nam & ipse pos-
tea referebat uulnera fuisse tam graua. ut uniuersa
sa hominum tormenta superarent. sed diuina prouiden-
tia. quaenumquam in desperantibus deest. alio die
is quem supradiximus frater aduenit. eicibos defe-
rens adsuetos. Inuenitque eum fractas foribus
interra iacere quasi mortuum. & humeris inposi-
tum ad uillulae domicilium deportauit. Quo au-
dito ingens uicinorum. atque ad finium multitudo
concurrentis. triste in medio posita funeris redde-
bat officium. Etiam media noctis parte trans-
gressa. grauis per uigiles omnium oculos uice-
rat sopor. Cum antonius anima paululum re-
deunte suspirans. eleuauit caput. Et postquam
ceteris alta quiete prostratis. eum a quo delatus
fuerat uigilare conspexisset. Nutu aduocans
obsecrauit. ut nullo penitus excitato ad pristi-
num se referret habitaculum. Relatus ergo
iuxta morem solus iterum permanebat. Et sta-
re quidem propter recentes plagas non poterat.

Orans uero prostratus. Et post orationem clara
uocedicebat; Ecce hic sum ego antonius. non fugio
uestra certamina. Etiam si adhuc maiora faciatis.
nullus me separabit a caritate xpi; psallebatque
si consisteret ad uersum me castra. non time
bit cor meum; Talia eodiciente. bonorum hostis
diabolus admiratus. quod post tot uerbera ausus
fuisset reuerti. Congregatis canibus suis Et pro
prio furore selaniens; Uidetis ait quia nec spu for
nicationis. nec corporis doloribus superatus. in sup
audaciter lacescit; Omnia arma corripite. acri
us a nobis impugnandus est. sentiat sentiat. debet
scire quos prouocet; dixit. & adhortantis uocem
audientium turba consensit. Quia innumeras
habet diabolus artes nocendi; sonitus igitur re
pentinus increpuit. ita ut loco funditus agitato
& parietibus patefactis. multifaria demonum
exinde turba se funderet; Nam & bestiarum &
serpentium formas induentes omnem protinus
locum repleuere fantasus; Leonum. taurorum

luporum. aspidum. serpentum. scorpionum. nec
non & pardorum. atque ursorum. & haec singula
secundum suam fremebant naturam. Tugiebat
leo accedere uolens. Taurus mugitu & cornibus
minabatur. serpentes sibilum personabant.
Luporum impetus inhiebatur. pardus discolor
a tergo auctoris sui caliditates uarias indicabat.
Truces omnium uultus & uoces horride. dirus
auditus. Antonius flagellatus atque confusus.
sentiebat quidem asperiores corporis dolores.
sed interius durabat mente per uigili. Et licet
gemitus uulnera carnis exprimerent. sensu
tamen idem manens. quasi de inimicis luderet
loquebatur. si uirum aliquid haberetis. suffice
ret unus ad proelium. sed quoniam dominus uos eneruan
te frangimini. multitudinem temptatis infer
re terroris. Cum hoc ipsum infirmitatis indici
um sit. quod in rationabilium formas induistis
bestiarum. & rursusque confidens aiebat. si quid
ualetis. si uobis in me dominus potestatem dedit. Ecce

presto sum deuorate, si uero non potestas. cur frustra n.
tū mīn. signum enim nobis crucis & fides. ad dñm in
expugnabilis murus est; Multa contra eum mini
tantes frendebant dentibus suis. quod nullus temp
tamenta sequeretur effectus. sed maxima econ
trario gigneretur inlesio; Non oblitus ih̄s conluc
tationis serui sui. eidem protector est factus;

Denique cum eleuaret oculos uidit de supercul
men aperiri & deducit is tenebris radium ad selu
cis influere; post cuius splendoris aduentum
nec demonum aliquis apparuit. & corporis dolor
ex templo deletus est; Edificium quoque quod
paulo antedissolutum fuerat. instauratum est;
Illico presentiam dñi intellexit antonius. & imo
pectore trahens longa suspiria. ad uisionem
quae ei apparuerat loquebatur; ubi eras ih̄u ubi
eras. Quare non a principio ad fuisti. ut sanares
uulnera mea; Et uox ad eum facta est; antoni.
hic eram sed expectabam uidere cer^{TA}men tuum;
Nunc autem qui ad imicando uiriliter non cessisti.

semper auxiliabor tibi. & faciam te in omni orbe
nominari, his auditis exurgens antantum re-
ratus orabat. ut intellegeret plusse recte ^{tunc} ~~esse~~
rium. quam ante perdiderat. Erat autem ~~tu~~
antonius annos natū xxx & v. Ex incum uoluntate
prumpta merita religiosa crescerent. Uadent
ad supra dictum senem praecabatur ut in deserto
pariter habitarent; Causante illo senile aeuum.
rei nouitate. solus contendit ad montem. Et he-
remi adhuc monachis ignote. rupto metu uiam
conatus est pandere. Sed nec tunc cessauit infa-
tigabilis aduersarius. Nam impedire eius propo-
situm uolens. argenteum discum in itinere eius
proiecit. Quouiso antonius callidi artificis cog-
nouit astatam. stansque intrepidus. & discum
toruis intuens oculis doli auctorem. in fantasma-
te obiurgabat argenti. Talia secum reputans.
unde hic in deserto discus. Auuum hoc iter est.
nulla sunt uestigia comitantum; Lapsus de sar-
cina pro magnitudine non potuit latere. sed

& qui perdidit reuersus ob solitudinem locorum
inuenisset profecto quod ruerat, hoc artificium
diabole tuum est. non impedies uoluntatem meam
argentum tuum tecum sit in perditione, haec illo
dicente discussit fumus a facie ignis euanuit.
Dehinc non ut ante fantasiam. sed ingentem mas-
sam auri iacentem in itinere conspexit. Uerum
hanc utrum diabolus simulauerit. an ad anto-
nium conprobandum. Quia nec ueris opibus in-
escaretur. uirtus caelestis ostenderit ignoratur.
hoc tantum agnouimus. quia quod uisum est au-
rum fuit, at ille magnitudinem admiratus
radiantis metalli. rapido cursu quasi quoddam
uitaret incendium ad montem usque perrexit.
in biflumine transuadato inuenit castellum deser-
tum. plenum obtempus & solitudinem uenenato-
rum animalium. In quo se constituens nouus hos-
pes habitauit, statimque ad eius aduentum in-
gens turba serpentium quasi persecutorem pas-
sa profugit, At ille obstructo lapidibus introitu

panis mensum sex. ut thebeis mos est secum recon-
dens; Nam crebro per annum incorrupti dura-
re solent. Nec non & aquae exiguum habens.
solitarii perdurabat; Nusquam inde procedens.
numquam aliquem suscipiens. intantum ut cu-
bis in annu per tectum de super panes acciperet
nullum cum deferentibus haberet alloquium;
Multas igitur uidendi eum desiderio. & studio re-
quirendi. ante ostium eius per noctantibus audi-
ebantur ut uulgi uoces aduersum antonium tu-
multusque dicentium; Quid tenostris ingeris
habitaculis? quid tibi & deserto. abscede a fini-
bus alienis. non potes nostras insidias sustinere;
Et primo quidem qui foris erant. aestimabant
aliquos homines scalis positos introisse. ibique
contendere; Postquam autem per cauernas
introsipientes nullum uiderunt. demones con-
tra eum intellexerunt contendere. Et nimio
metu terri. antoni auxilium flagitabant;
Nille ostio propinquans ad consolandos fratres

ne timerent. atque ut inderecederent praecaba-
tur; Trepidantibusque adseribat ademonibus
in cutimetum; signate uos inquiens & abite securi-
stosque semetipsos sine te deludere; Itaque illis
reuertentibus. hic remanebat in lesus. Nec um-
quam incertamine lassabatur; Accedentium
enim augmenta profectuum. uel debilitas repug-
nantium maximum cum contentione leuamen ad-
diderant; Tum & animi constantiam suggere-
bant. Tursusque ad heremum uenientibus tur-
bis. quae iam mortuum eum esse aestimauerant
reperitur; ille psallebat intrinsecus; Exsurgat
dñs & dissipentur inimici eius. & fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Et ut fumus minuitur defi-
ciant. & liquescit cera a facie ignis ita pereant
peccatores a facie dñi; Et iterum omnes gentes cir-
cum dederunt me. & in nomine dñi uindicabo
meis; Sic annis uiginti solitarie transactis
atque ab hominum segregatus aspectibus. cum
magna ad eum & propositum imitari cupientū.

Senectotum multitudo concurreret. Nec non & pa-
tientum infinita se caterua glomeraret. Tandem
pene iam foribus euulsis. quasi ex aliquo caelesti ad-
itu consecratus apparuit; Obsistere uerunt uniuersa
& oris gratiam. & corporis dignitatem. Quod nec
per quietem intemuerat. Nec eunus daemonumque
certamine facie ^{ei} pallor obsiderat. sed e contra
rio quasi nihil temporis ^{longe ex} segisset. antiquis membro-
rum decor per se uerabat. Pro quanto miraculo
quae in illo animi puritas fuit. numquam hilari-
tate nimia resolutus in risu est; Numquam re-
cordatione peccati tristitia ora contraxit. Non
magnis se stupentium elatus est laudibus. nihil in
illo indecens solitudo. Nihil asperum cotidiana
cum hostibus bella contulerant. Temperata mens
aequalis cunctorum ferebat examine.

Plurimos igitur ab inmundis spiritibus & infir-
mitatibus uariis di gratia per antonium libera-
uit; sermo eius sale conditus. consolabatur me-
tos. docebat inscios. concordabat iratos; omnibus

14
suadens nihil amori xpi anteponendum; Propo-
nebatque ante oculos bonorum magnitudinem fu-
turorum; Et diuinitia & beneficia retexebat
indulta; Quod proprio filio suo non pepercerit; sed
pro nostra eum omnium salute tradiderit; Nec
inora; plures audientium ad humanarum rerum
contemptum haec eius suavit oratio; & habitandi
heremi istud exordium fuit; Quid sane & in ar-
senatarum oppido gestum sit non transibo silen-
tio; Nam cum fratres uellet inuisere; & riuulum
nili qui corcodrillis & multis eius fluminis bestis
plenus erat; transuadere esset necesse; Tameum
comitibus suis transiit inlesus; Quam inde
redit incolomis; rursusque in pristanis laboribus
perseuerans; nouas antiquisque monachos pro
aetate uel tempore paterno moderabatur effectu;
Quadam autem die cum a congregatis fratribus;
rogaretur ut isdem in statutoria largiretur pre-
cepta; Cum prophetica fiducia exaltans uocem
aiebat; Ad omnem quidem mandatorum disci-

plina scripturas posse sufficere; sed & hoc optimū
fore simuluisse inuicem fratres sermonibus conse-
larentur; Et uos ergo in quid ut patri referte quae
nostis Ego quae per longam aetatem consecutus
sum quasi filius indicabo; hoc sit autem primum
in commune mandatum; Nullum in aere ^{propositi} uig-
re lassescere sed quasi incipientē augere semper
debere quod cepit; praesertim cum humanae
uitae spatia aeternitati cōparata breuissima
sint; Ita exorsus paululum siluit. Et admiratus
diuini largitatem rursus adiecit dicens.
In presenti hac uita aequalia sunt pro rerum com-
mutatione cōmercia. Nec maiora recipit ab
emente qui uendit; promissio autem uitae sem-
piternae uili praetio cōparatur; scriptum est
enim dies uitae uestrae septuaginta anni. si autē
multum octo ginta. quidquid reliquum est labor
& dolor; ^{est} Quando ergo octo ginta aut centum
ut multum annos laborantes in diuini opere uixerimus
non pariter tempore regnaturi

sumus in futuro. sed pro annis supradictis omnium
nobis saeculorum regna tribuentur; Non terram he-
reditabimus sed caelum; Corpus quoque corruptum
relinquentes id ipsum cum incorruptione recipiemus
Ergo filio non uos aut tedium defatiget. aut uanae
gloriae delectet ambitio; Non sunt enim condig-
ne passionis huius temporis ad superuenturam glo-
riam quae reuelabitur in nobis; Nemo cum aspexe-
rit mundum reliquisse ^{se} arbitretur ingentia. quia
omnis terra ad infinitatem comparata caelorum bre-
uis ac parua est; si ergo uniuerso orbi renunti-
antes dignum aliquid habitaculis possumus compen-
sare caelestibus. se unusquisque consideret. Et sta-
tim intelleget paruis aruis. & parietibus uel mo-
dica auri portione contempta. Nec gloriari se debe-
re. quasi magna dimiserit. Nec credere quasi parua
sit recepturus; Ut enim contempnit aliquis unam
aeream dragmam ad dragm^a centum aureas con-
quirendas. Ita etiam qui totius orbis dominium de-
reliquit. centuplum de melioribus premiis in sub

lumi sede percipiet. Ad summa illud perspicere de-
bemus! quod & si nostras uelimus retentare diuiti-
as! legemoras ab ipsis deuellamur inuita! ut in li-
bro ecclesiastes scriptum est. Curigitur non fa-
cimus! de necessitate uirtutem. Cur non ad lu-
cranda regna caelestia! ultro relinquimus. quod
licet istius sine perendum est. Nihil eorum cu-
rasit monachis! quae secum auferre non possunt!
illud potius debemus expetere! quod nos ducat ad
caelum; sapientiam scilicet. castitatem iustitiam.
uirtutem! sensum per uigilem. pauperum cura!
fidem in xpo robustam. animum iruictorem.
hospitalem; haec sectantes mansionem nobis inter
ra quietorum! secundum euangelium praepara-
bimus; Consideremus dñi esse nos famulos. Et
seruitatem debere ei. a quo creati sumus; Ut enim
seruus praeterita gratia famulatus praesens aut
futurum non contempnit imperium. Nec audet
adserere quod ex labore transacto instantis ope-
ris habere debeat libertatem! sed iugi studio sicut

in euangelio scriptum est; Eandem semper exhibet
seruitutem! Ut & dño placere possit! Et metum
lucretur & uerba ^{euadere} sic & nos diuinis congruit pa-
rere praeceptis; scientes quod aequus ille retribu-
tor in quo quemque in uenerit ^{opere} in eo sit iudicaturus;
quod propheta per ezechiel uoce testatur; Nam
& infelix iuda propter unius noctis impietatem!
omni praeteriti temporis labore priuatus est; Id
circo tenendus est. continuus instituti rigor. haben-
tabus dñm auxiliatorem! sicut scriptum est; Quia
omni proponenti bonum. & dñs cooperatur; ad in-
ertiam autem calcandam apostoli praecepta
replacemus quibus semori cotidie testabatur;
similiter & nos humanae conditionis uitam an-
cipitem retractantes non peccabimus; Cum
enim excitati a somno. ad uesperam nos perueni
redubitemus! Et quieti corpora concedentes
de lucis non confidamus aduentu! Et ubique na-
turae ac uitae incertae memores. dñi nos intel-
legamus. prouidentia gubernari. Non modo

non delinquemus aut aliqua fragili cupiditate
raptabimur. sed nec irascimur quidem aduersus
aliquem. nec terrenos congregare thesauros
ambiemus. Quin potius metu cotidiani recessus
et seiungendi corporis iugi expectatione omnia
caduca calcabimus; Cessabit mu-
lierum amor. libidinis extinguetur incendium.
Inuicem nobis debita nostra donabimus. Ante
oculos semper habentes. ultimae retributionis
aduentum. Quia maior formido. Et poena
rum amor horridus. Et lubricae carnis incenti-
ua dissoluit. Et ruentem animam. quasi ex ali-
qua rupe sustentat; Ideoque praecor ut ad finem
proposita omni labore tendamus; Nemo post ter-
gum respiciens. Neque limite tur uxorem. Prae-
sertim cum dominus dixerit; Nullum ponentem manum
super aratrum. Et respicientem retrorsum.
dignum esse regno caelorum; Et respicere au-
tem retrorsum nihil aliud est. quam in eo
penitere quod ceperis. Et mundanis rursus

desideris obligari; Nolite queso uirtutis tantum
sibi nomen pauere. Nec peregrinum uo
luntati procul positum uideatur; hoc studium
quod ex nostro pendet arbitrio; huius operis ho
minum in se natura est. Et eiusmodi res est quae
nostram tantum expectat uoluntatem; Graeci
studia transmarina sectentur. Et in alieno orbe
constitutos in animum litterarum quaerunt magis
tros. Nobis nulla proficiscendi; nulla transfre
tandi fluctus necessitas imminet; In omni sede
terrarum constituta sunt regna caelorum.
Unde & dñs ait; regnum dñi intra uos est; Uir
tus quae in uobis est. mentem tantum requirit
humanam; Cui enim dubium est. quin natura
lis anima puritas. si nulla fuerit extrinsecus
sorde polluta. fons sit & origo uirtutis; bonam
eam necesse est creauerit bonus auctor; Quod
si forte cunctabimur. audiamus ih̄m filium na
ue populo dicentem. rectum facite cor uestrum
ad dñm dñm israhel. Necio hannes dissonam

deuult de uirtute sententiam rectas praed-
icans. facite semitas uestras. siquidem hoc rex
tam esse sit animam. cum eius principalis inte-
gritas nulla uitiorum labem aculetur. si natura
mutauerit. Peruersa tunc dicitur. ^sconditio
seruetur. uirtus est. animam nostram commen-
dauit nobis d^s. seruemus depositum. quale acce-
pimus. Nemo causari potest extrinsecus situm.
quod in se nascitur. facturam suam qui fecit
agnoscat. opus suum inueniat ut creauit.
sufficit nobis naturalis ornatus. Ne de turpes
homo. quod tibi largitio diuina concessit. Ope-
radi immutare uelle. polluere est. Illud etiam
sollicite prouidere debemus. ut tyrannicam
irae superemus insaniam. Quia scriptum est.
iracundia uiri. iustitiam dⁱ non operatur. Et te-
rum desiderium concipiens parit peccatum. quo
pfecto mors gignitur. Diuinae praeceptum
uocis est. ut uigil custodia tueamur animum.
quia exercitatos ad supplantan^{dum} tantum habemus

ne uel immutare
uelis

18
inimicos. daemones scilicet. contra quos nobis se-
cundum apostolicam contestationem pugna sine
federe est; ait enim; Non est nobis conluctatio
aduersum carnem & sanguinem. sed aduersus
principatus & potestates huius mundi. aduersus
spiritalia nequitia in caelestibus; Ingens eorum
turba per istum uolitat aerem. Non proculano
bis hostium cateruadiscurrit; Et diuersitatem
quidem eorum. non est meae paruitatis expone-
re. sed hanc maioribus concedo rationem; Quod
autem & in promptu est. ignorare non expedit.
dolos scilicet aduersum nos compositos. breuiter
indicabo; Hoc primum mentibus debemus ad fi-
gere. nihil dñm fecisse quod malum est. nec ab
eius consuetudine demonum cepisse principium.
per uersitas ^{non} ista naturae. sed uoluntatis est ui-
tium. boni enim utpote ad dñm conditi. ex pro-
prio mentis arbitrio. ad terras ruere de cae-
lis. ibique in caeni sordibus uolutati. gentili-
tatis impias insuetudine culturas; Et nunc nostri

torquentur inuidia: atque uniuersa commouere
non cessant. Ne pristinis eorum sedibus succeda-
mus: Diuersa autem eorum. & partita nequitia
est; Quidam enim ad summum nocendi uera-
cem peruenire: alii ex comparatione peiorum
uidentur esse leuiore. atque omnes pro possi-
bilitate uirium diuisa contra singulas causas sum-
psere certamina; Idcirco necessarium est donum
spirituum discernendorum ad domino petere. Ut possi-
mus tam fraudes eorum quam etiam studia per-
uidentes. aduersum disparem pugnam. unum
dominicae crucis eleuare uexillum; hoc mu-
nere paulus docebat dicens; Non enim eius igno-
ramus astutias; Ad cuius exemplum etiam nos
oportet. ex his quae passi sumus. mutuis nos in-
uicem infatuere sermonibus; hoc fide illis
contra omnes christianos. maxime uero contra
monachos odium est; eorum semitis laqueos
praetendunt. eorum mentem impius atque
obscenis cogitationibus nituntur euertere;

sed nihil uobis. hoc terroris incutiant; si delibus
enim oratione atque ieiuniis. ^{ad dñm intentis.} fauente dño. stae
corruunt; Ne tamen si paululum cessaue
runt. plenam rursus putatis esse uictoriam.
solent sauci grauius ⁱⁿ surgere. & mutata ar
te pugnandi. Cum in cogitatione nihil egerint.
pauoribus terrent. Adsumentes. nunc mulie
rum. nunc bestiarum. & serpentium formas.
Nec non ingentium quaedam corpora. & usque
ad tectum porrectum caput. Infinitas species
& militum cateruas; quae omnia ad ^{atus}
primum quo ^{que} signum crucis eua ^{eta} pl
nescunt. his quoque agnitis fallaciarum
modis. incipiunt praesagare. & futurorū die
rum. euentus uelle predicere; Cumque & in
his contempta fuerint. ipsum iam nequitiae
principem. ad totius mali summitatem. ad subsi
dium sui certaminis uocant; Crebro denique
antonius talem a se uisum diabolum adseribat.
qualem & iob beatus dño reuelante cognouerat;

Oculi eius ac si species luciferi Ex ore eius pro
cedunt Lampades incense Crines quoque incen
di sparguntur Ex naribus eius fumus egreditur
quasi fornacis aestuantis ardore carbonum
anima eius ut pruna flamma uero ex ore eius
glomera tur Cum huiusmodi terroribus ui
sus demonum princeps inquit antonius Et ingen
ti ut dixi saepe promittens impietatis suae defu
rit lingua magniloqua de quadris triumphat
ut ad iob dicens; arbitratur enim ferrum
uideri ut paleas Framentum ut lignum putri
lomin dum mari ut terras & terrarum pro
funda tamquam xam p um aestimauit abris
sum de ambulatorium; per prophetam ^{au} incre
pat dicens; persequens comprehendam Et om
nem orbem terrarum manum mea ut nudum
optanebo & ut oua derelicta auferam; Sic ini
quus funereus euomens uoces bene uentum
aliquos frequenter inlaqueat; sed nos nec polli
citationibus eius credere Nec minas aut ter

ores formidare debemus; fallit enim semper
nihilque uerum promittit; Nam si non mendo-
sa cuncta loqueretur. Quomodo talia. Et tam
infinita promittens. & amon crucis ut draco ad-
uncatus ad nō. ē. & capifetro li debat gatus
ut uimentum. & quasi mancipium fugtiuum
uictus circulo. & armilla labia perforatus. nul-
lum omnino fidelium deuorare permittatur.
Nunc mirabilis ut passer ad ludum irretitus
a xpo est; Nunc comites suos quasi scorpiones
& serpentes calcaneo xpianorum substratus
gemit ille qui uniuersa maria a se deleta plau-
debat. ille qui orbem terrarum manusua te-
neri pollicebatur. Ecce auobis uincitur. Ecce me
aduersum se prohibere non potest desputan-
tem; Contemenda est filioli penitus cum
inanibus uerbis superba iactatio. fulgur ille
qui lucere simulat. Non ueri splendor est lumi-
nis. sed quibus arsurus est indicat flammam.
Nam dicto citius recedens. suarum secum refert

simulacra penarum; solent enim cum modulatio-
ne non apparentes psallere pronefas. & in puro ore
sacra scripturarum eloquia meditantur; frequen-
ter legentibus nobis quasi echo ad extrema uerba
respondent. ^{ut pr} Dormientes quoque excitant
adorandum. ut totius somnum noctis eripiant;
plerosque etiam in monachorū nobiliū habitu
coercent. & pristina quibus consci sunt peccata
imputant; sed spernende sunt eorum & incre-
pationes. & ammonitio ieiunandi. Uigiliarū
quoque fraudulenta suggestio; Ob id enim fa-
miliares nobis species adsumunt. ut ad finitatem
uirtutum nocens facilius uirtus interserant.
& innocentes quosque per speciem honestatis eli-
dant. impossibile postea durumque hoc studium
predicantes. Ut dum onerosum uideatur esse
quod ceptum est. ex desperatione tedium ex-
tremo succedat ignauia; Idcirco propheta missus
ad nō luctuosa denuntians sublimi uoce dicebat;
Uequipo. tat proximum suum subuersione tur

bida; huiusmodi enim exhortamenta deprava-
torum sunt itineris quod ducit ad caelum; Ideo cum
uenisset ad terras dñs & uera de eo uirtu de mo-
nes praedicarent. uere enim dicebant. tu es fili-
us dñi; Uociferantium ora claudebat. Qui uinc-
tas hominum soluerat. linguas. Necum preco-
nio ueri peruersitatis uenena miscerent; Et ut
nos eius exemplo etiam si profutura suaderent.
In nullo his commodaremus as sensum. Quia pro-
fecto non congruit post libertatem ad dño con-
cessam. Et scripturarum precepta uitalia ad
abolo uiuendi capere consilia. qui suum de-
serens ordinem. sacrum xpi temeravit imper-
um; Propterea etiam dñs eum descripturis
loquentem iubebat tacere. Quia peccatori
dixit dñs. Quare tu enarras iustitias meas & ad-
sumis testamentum meum. in ore per os tuum.
Omnia demones simulat. Test & conloquun-
tur sepe cum fratribus. saepe se conturbant.
& inconditas excitant sonitus. manus sua plaudunt.

sibilant insipienter & cacinnant. Ut uel in puncto
peccati xp̄i anum pectus introeant. Cumque ab
unuersis fuerint repulsi. ad extremum debili-
tatem suam. Lamentatione testantur; Et
dn̄s quidem quasi d̄s & suae conscius maiestatis
obmutescere his imperat. Nos autem sc̄orum
uestigis inherentes eadem gradiamur uia.
Qui memoratas subtilius fallacias peruiden-
tes canebant; Cum consisteret ad uer. me pec-
cator. Ommutui & humiliatus sum & silui abo-
nis. Et iterum. Ego uero tamquam surdus non
audiebam. & tamquam mutus non aperiens os
suum. factus sum ut homo non audiens; Xp̄s si-
lentium imperauit ut dn̄s. nos nihileis credamus
& uincemus. si orare compellunt. si ieiunia sua
dent. Non ex eorum nos monitis. sed ex nostra
consuetudine. Exi dirigamus; denique et-
iam. si inruen iaua tē mortem. Nobis inten-
ta re uideant. Ter deridendi potius sunt quā
timendi. Quia cum sint debiles minantur cuncta

nec faciunt; Et quidem de istis iam transitaria
dixisse memini. At tamen nunc ea de m^e explicanda
sunt latius quia non mediocrem ^{ad} refert repe-
tatio cautela, ad ueniente dño destructus est ini-
micus. & omne eius penitus robur elanguit
propter quod pristinae uirtutis memor quasi ty-
rannus iam senescens cum ruisse seu deat in per-
niciem crassatur humana pectamen potest fir-
mum dō pectus cogitationum & ceterarū frādū
arte peruertere. Nam luce clarius est quin ad-
uersari nostri. ^{cū} Ne humana carne sint septi ut
causari ualeant. Idcirco nos a se non posse supera-
ri quia clauso ostio introire non ualeant, Et
reuera si fuissent hoc fragili corpore conligati
obserato introitu. isdem negaretur accessus. Cū
autem ut diximus hoc impedimento sint liberi et
obstructa penitent. atque in omni licenter uoli-
tent aere. Manifestum est & ob ueruationem
eorum permanere ecclesiae corpus in lesum
denique satellites impu cum principe suo diabolo

quem saluator in euangelio homicidam & pa-
trem ab initio malitiae fuisse firmabat. Nobis
aduersum se fortiter dimicantibus. nullo mo-
do cessissent. si potestas eorum non fuisset abla-
ta; Nam si mentior. cur nobis satanas pareas
qui ubique discurras. cur quinullo clauderis loco
aduersus te uiuentium & disputantium non po-
tes labefactare constantiam; Sed fortasse
nos diligis quos cotidie conaris obtrudere; Aut
credibile est te esse bonitatis magistrum &
facere magis optimis quam nocere; Et quid
tam carum tibi potest esse quam ledere. maxi-
me eos qui tuis sceleribus uiriliter repugnant
secundum quod scriptum est; Quia abomina-
tio est peccatorum; Quis tam secundum
ad malitiam possidet peccatus. Quis tam medi-
tatur implere conatur insidias; Scimus in-
pudentissimum caducum. scimus quomodo idcir-
co uiuimus christiani. & contrate nobis est se-
cura congressio. quia infirmatus es ad nos.

ideo te tuis confodis iaculis. quia minima
tionem non sequitur effectus, quod si falli
mur. cur cum terrore simulato cum mag
nitudine corporum nostram ad³ gredieris fide
Quod si uoluntatem sequitur possibilitas
tantū tibi uelle sufficiat; Is enim potentia
mos est non extranea fallacie adiumenta
conquirere. sed sua uirtute implere quod
cupiat; At nunc dum theatri mutatione
formarum quasi rudem infantiam scenae
niteris simulatione deludere. Exhaustas
uires manifestius probas; Num quid nam
uerus ille angelus contra assyrios missus
ad nō. aut populorum egit societate aut
sonitus quesuit. aut plausus. & non potius
tacitam & extens potestatem. C lxxxv. milia
hostium sermone uelocius. iuxta iubentis
dnī prostravit imperium; Vos uero cum
fragiles sitis uiribus. perpetuus uos conseq
tur interitus; An dic^{li} & a qui cur ergo dia

solus egrediens beati iob omnem in ruinam
depulit domum; cur opibus eius penitus
dissipatis parietum quoque fundamenta
subuertens. unum numeroſe ſobolis coacer
uauit. ſepulchrum. cur ipſum ad extremū
duri uulneris nouitate percuffit; Qui hoc
opponit & audiat. ediuerſo. non diabolum hoc
potuiſſe ſed dñm. a quo poteſtas aduerſus
nos dupliciter datur. ut ad penam ſidelin
quimus ut ad gloriam. ſi probamur;
Quin potius & hoc anim aduertat. nō contra
unum quidem hominem diabolum quicquam
potuiſſe. ſi non poteſtatem accepit & cō dñō; Nul
lus enim quod ſue ditionis eſt. ab alio deprēca
tur; Sed quod iob. memoro quem nō & petiti
potuit euincere. nō contra iumenta quidem
eius. & contra ſues in euangelio ſine conſeſſu di
proprium robōr & ercuit. ſicut ſcriptum eſt.
Demones autem rogabant eum dicentes. ſi eiſ
nos. mitte nos in gregem porcorum;

Quomodo igitur qui portorum & p[er]uolant
mot[us] imaginem d[omi]ni hominem. & tam carum
conditori animal suo ualebunt iure peruertere
Magnadil[ect]issimi aduersum demones arma sui
tota sincera & intemerata ad d[omi]n[um] fides credite &
